



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gvlielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XII. De silicernio notata quæpiam. λίχνοι. Rapere de rogo cænam.
Bustirapi. Correctæ glossæ veteres. & apud Nonium Varro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

hactenus libros obfederit, *mora*. Orationis orationem
bibere est sermonem degustare: translatione a
quæ aquam imbibunt venustissime ducta. Et est
non tantum terre, sed cuiuscumque rei initium, ait
stus. Cæcilius:

Oram reperire nullam, quam expediam, queo.

Ennius:

Qui potis ingentis oras euoluere belli.

CAPVT XII.

*De silicernio, notata quæpiam. λίχνοι. Rapere de rogo
nam. Bustirapi. Correcta glossæ veteres. & apud
num Varro.*

SILICERNIUM notum est conuiuium funebri
fuisse: illud fortassis non perinde manibus defuncti
ab exsequiis oblatum, neque fas fuisse degustare
eo quidquam, qui intulissent; sed tantum cernere
lentio: vnde veriloquium eius nonnulli deducunt
auctor in Adolphos Donatus, & Glossarium veteris
Silicernium, περίειπνον. λίχνοι ἢ ἀπτεν ἐν πέτραις
δῖος. Arbitror enim litterulæ mutatione rectè re-
tuli, λίχνοι. οἱ λίχνοι Hesychio ὀψογάροι sunt: ij adert
quidem, sed nihil gustabant. Causa cur abstine-
rent, ne funestarentur. nam quisquis eorum quæ ma-
nibus libantur quippiam siue ederet siue biberit, fune-
nestatur. Inde in maledictis & execrationibus, et
nam è rogo rapere. Catullus:

Vxorne Meni, sepe quam in sepulchris

Vidistis ipso rapere de rogo cenam:

Cum deuolutum ex igne prosequens panem

A semiraso tunderetur vstore.

Tibal-

Tibullus:

*Ipsa fame stimulante furens escasque sepulcris
Quarat & à suis ossa relicta lupis.*

Qui lucri causa nefanda omnia subire non vere-
buntur, bustirapi audiebant. Pseudolo:

— iam ego te differam dictis meis

Impudice. B A. ita est. P S. scelestè. B A. dicis vera. P S.
verbero.

B A. Quippini. P S. bustirape. B A. certè. C A. furcifer.
B A. factum optumè.

Neque verò in ipsis tantum exsequis conficiebatur
suscernium: sed instaurabatur quotannis scis ad se-
pulcrum positis, vino defuso & rosas quoque spar-
sum profusis. auctor Servius in quintum Æneidos,
Inscriptio vetus Torcelli:

LONGIVS . PATRO
CLVS . SECVTVS
PIETATEM . COL
CENT . HORTOS
CVM . AEDIFICIO
HVIC. SEPVL. IVNC
TO. VIVOS. DONA
VIT. VT. EX. PEDI
TV. EOR. LARGIVS
ROSAE. ET. ESCE
PATRONO. SVO. ET
QVANDOQ . SIBI
PONERENTVR

Dissentit tamen à Donato Servius in eo, quod à seni-
bus

F 5

bus absumtum ait, & dictum quasi silicernium. Et Varro meminit Meleagris, vt laudat Nonius. *Nonius exsequiati cum laude ad sepulcrum antiquo m... cerium consecimus.* Ita in ms. reperit *lunus rex iata olim, cum lauso.* Tria in omni funere praepa nominat, exsequias, lausum siue, vt nunciamus, lessum, & silicernium.

CAPVT XIII.

Mundus. In mundo esse. Satulle. Emaculatus Appul... item Plautus Persa, & Gellius.

APPVLEIUS libro De Asino IV.

Ad hoc anus subiratior dicere eam sauiore iam vultu... bebat, quod malum fieret, vel quid repente post... nio presse quietis lamentationes licentiosas ref...

Scribo haud dubia veritate, quid (malum) fieret. Ideo libro sexto primore:

Erant & falces & opera messorie, modus omnis, sed... Et passim iacentia, & veruria confusa.

Lego, & opera messorie mundus omnis. Mundus non muliebris tantum ornatus, sed cuiusvis rei praeparata & parata copia: vnde vulgatum loquendi genus mundo esse, de eo quod in promptu & domi ad manum est, nec quarendum foris. Ita Plautus mundum rusticum dixit pro hisdem rei rusticae instrumentis. Mercatore:

Multoperè in mundo rustico se exercitum.

Eodem libro:

Quo metu statim completo caelesti theatro pro sede... mi sedens procerus Iuppiter, sic enunciat: Dei conspectu Musarum aluo.

Facillima correctio est, Musarum albo. Nocum est...

Ant. Mu
Varia Lec
LIII
28